



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Sterilitatem à Deo non tantùm vt pœnam, sed & alias ob caussas venire.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

Habet D.E.v.s & alias abortus permittendi caussas. A-  
specto, in transitu, aliquando homine à natuitate cæco, Chri-  
stum interrogauerunt discipuli eius: Rabbi, Quis peccauit, hic, aut  
parentes eius, ut cecus nascetur? Respondit IESVS: Neque hic  
peccauit, neque parentes eius; sed ut manifestentur opera Dei in illo.  
Alia nempe est percusso, ait S. Gregorius, qua peccator percutitur,  
ut sine retractatione puniatur; alia, qua peccator percutitur, ut cor-  
rigatur; alia qua quisquam percutitur, non ut praterita corrigat,  
sed ne ventura committat; alia per quam nec praterita culpa corri-  
gitur, nec futura prohibetur; sed dum inopinata salus percuſionem  
sequitur, salvantis virtus cognita ardenter ametur. Quantos vi-  
dimus, qui, ad exemplum Abrahæ, aliorumque, post longissi-  
mam hæreditis acquirendi expectationem, filios adepti, Deo  
Divisque longè ampliores gratias retulerunt? Immo quām im-  
penfissimè rogauerunt, ut, sublato impedimento, liberos adi-  
piscerentur. Quem in finem etiam abortuos gigni sequens hi-  
storia docet, Eutychij Constantinopolitani Episcopi virtutem  
illustrans.

X.

Ioan. 9. 2.

S. Gregor. l.r.  
Moral. c. 6.

Erat in urbe Amasea quidam Androgynus legitima uxore co-  
pulatus: qui cūm filiis procreandis, operam darent, ita frustraban-  
tur, ut infantes, ante, quam è ventre exirent, immaturi præterpen-  
tur; ex quo parentes ipsi magno mærore afficiebantur. Quid igitur  
faciunt? Veile consilium capiunt. Configiunt ad Deum, qui mor-  
tuos etiam potest per seruos suos, in vitam renovare. Imitantur vi-  
duam illam Sareptanam, cuius filium Elias suscitauit: Sunamiti-  
dem imitantur, quæ cucurrit ad Eliseum, cūm filius eius in cœnacu-  
lo mortuus jaceret. Configiunt & ipsi ad beatum virum (Euty-  
chium) supplicant, ut precibus suis impetraret, ne infantes sibi in lucem  
editi statim moriantur. Quæ cūm proillis precatus esset, ambos un-  
xit oleo sancto, tum eo, quod è pretiosa cruce, tum illo quod ex sancta  
pureq; Dei genitricis & perpetua Virginis Mariae nostræ domina ve-  
neranda imagine scaturire solet Sozopoli, dicens: In nomine Domini  
nostrri IESVS Christi. Hac enim verba cunctis egrotantibus, qui ad  
se accedebant, solitus erat adhibere, quemadmodum & S. Iacobus  
præcipit, sed non ut in Sacramento. Cum igitur precandi finem fe-  
tisset, & tanquam gratia quadam afflatus taceret: mox, Nomen illi

XI.

Cæf. Baron.  
tom. 7. An-  
no 564.

Q99

(inquit)